

Supplicaverant^b celsitudini nostre Rudolffus pincerna de Varila et Henricus frater eius fideles nostri^c quod, cum castrum Tautenbergk^d cum pertinentiis suis, quod ipsi ab Harmanno quondam de Saleberch fideli nostro tenebant in feudo, sit ad concessionem nostram post mortem eiusdem Harmanni^e libere devolutum, idem eis castrum cum pertinentiis suis in feudo^f concedere de nostra gratia dignaremur. Nos^g igitur ipsorum supplicationibus benignius inclinati, predictum castrum Tautenbergk^d cum pertinentiis suis, sicut post mortem prefati Harmanni^e, qui sine legitimis decessit heredibus, ad concessionem nostram est rationabiliter devolutum, eis liberaliter duximus concedendum. Ad huius autem nostre concessionis memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in castris ante Flagellam anno dominice incarnationis m^o. cc^o. x^ol. iij^o. mense madio prime indic[t]ionis.

^b) D; wohl statt supplicaverunt. ; nostre D. ^d) D; im Or. stand wohl Tutenberg. ^e) Harmanii D. ^f) D. ^g) Hos D.